ex indictum per eum expedivit de renunc. c. admonet de re. permuta.
c. quesitum et c. vno li. vi. pro qua continentur fatiunt expressa no. per
primo et ostien. in c. i. et ii de fide instrum. et no. per ostien. in dicto c.
post cessionem Non obstante stilo palatij quo cavetur quod non creditur
litteris episcopi contra apostolicum impetrantem in quibus episcopus diceret pro
contulisse beneficium quia episcopus seu eius executor non quia sigillum eius non
est autenticum quia ymmo est ut supra dictum sed propter fraudem que
timetur quia sepe ymmo frequenter accidit quod ipse vel eius cancellarius
contra apostolicas impetrantes accipit datas et quia fraus et dolus
nemini patrocinari debet et ut malitijs obvietur de reg. iur. sedes et c.
ex tenore ff. de rei vendi. l. in fundo et istud in palatio apostolico
inventum in quo etiam servatur quod litteris episcopi in causa propria fides nulla
tenus adhibetur ne quis in causa sua. C. in rub. et nig. et iij
q. v. nullus Sed in hoc casu viz. ubi collatio facta per episcopum contra
apostolicum impetrantem quod modo episcopus videtur facere testem in causa propria ut
ipse collationem suam propriam factam forsitan in personam fratris nepotis et
consanguinei vel familiaris collationem apostolicam factam alteri persone sibi
extranee preferri soleat et ita solebat semper dicere in consilijs reverendissimus
in Christo pater dominus petrus de sorlenato sancte Romane ecclesie Cardinalis
dum erat in Rota propterea possit etiam assignari alia ratio diversitatis
quia in primo casu non potest fieri collatio alteri quam permutanti propter clementinam
de re. permu. et sic quodammodo illa collatio est necessaria quia de necessitate iuris
non potest fieri alteri. In secundo vero casu est locus gratificationi et potest
conferre cui vult ut le. et no. Relatum et de reg. iur. tibi qui li. vi.
Sed prelati modernis temporibus plus sequentes carnalitatis affectum
qua inducuntur romanis sepe ex inordinata affectione promovent suos ut
in c. grave de preben. et machinantur omnes fraudes contra provisos contra apostolicos
tos in petitione de renunc. c. ii. li. vi. et de conces. preben. c. i. e. li.

xxviij Item fuit dubitatum utrum beneficia reservata per papam resignata
in manus episcopi vacent et per ipsum conferri possunt et si non utrum permutantes
possint ad sua beneficia propria auctoritate redire et sic sunt tria dubia in
primo casu videbatur aliquibus quod non per no. per Jo. mo. In c. unico de re.
permut. li. vi. supra verbo fraud. iij. q. Sed quero ubi videtur dicere
quod in permutatione non est vera vacatio iuris Sed est quedam contratio
iuris procedentium in sacro possidentis alle. tex. legem et una det. s.
c. quesitum de re. permu. et finem det. licet quod magis faciat contra.
eum quod pro eo dicit dudit ibi resignent per quam resignationem beneficia
vere vacant saltem quoad ipsos resignantes quia per eam amittunt eam
proprietatem quam possessionem prout le. et no. in c. admonet quod in duobus et c.